

Dn. *Grælingius* fatis apertis verbis ipsam docuerit statim in principio sub *Tit. Fermentatio Tartari*, quem vellem legisset noster, *Glauberum* item *Furn. Philosoph.* pag. m. 135. Ego saltem causas operationis investigare volui, quas non capit Professor noster.

*Pag. 12.* Nugatur, cum nugas esse ait. *Tartarum* crudum velle *volatilem* reddere. Utinam verò si non innumeros alios, saltem *Cl.* consulisset *Dn. Doct. Ludovici*, & ipsam *Experientiam*, ita narium etiam testimonio convictus fuisset. Legisset item verba illa *Cl. Dn. Langelotti* *Epist: p. 12; Et comperies crassum illum feculentumq; Tartarum adeò subtilem & volatilem reddi &c.*

*Pag: 13. 14.* Verba habet, & ineptias. Redit etiam particulas spirituum explosivas; Bilem item succ: pancreaticum. & Saliv: *Cl. per Orbem, Virorum Willisii & Sylvii.* Hem, morsum rictu minantur & extremam perniciem Catelli latrantes, sublimia petentibus aquilis, nisi circumspexerint!

*Pag: 15.* More suo ineptit.

*Pag: 16.* Novam, & ante hunc diem